

EXERCICIOS DE TRADUCIÓN LATINA:
3ª declinación. Adxectivos do 2º tipo.
Verbo: Tema de Perfecto
Adverbios. Preposicións. Conxuncións

CAESAR ET MVLIERES

Prima uxōr Caesāris fuit Cornelia, filia L. Cornelii Cinnae, consul quater. Cinna Rempubicam vi mutavērat cum C. Mario et bellum civile contra L. Cornelium Sullam intulērat. Milītes sui desciscivērunt et eum⁷ occidērunt. L. Cornelius Sulla dictatōrem se⁸ fecit et Caesāri divortium ab uxōre sua iussit. Caesar Sullae non paruit et Roma exiit. Postea rediit et Cornelia puellam pepērit, nomīne Iulia. Post septem annos, Cornelia puērū pepērit, sed mater et filius decessērunt.

Post mortem Corneliae, Caesar duxit in matrimonium Pompeiam, filiam Q. Pompeii Rufi et nepōtem Sullae. Pompeia

⁷ Traducir por pronome átono: “o” / “lo”.

⁸ Traducir por “se”.

pulchrior erat quam Cornelia, sed quoque inquietior. Sic, in sacra Bonae Deae P. Clodium induxit, sive sic vulgus censēbat. In sacris Bonae Deae tantum muliēres partem capiēbant, et specie Clodius et Pompeiae maximum sacrilegium commisērant. Caesar palam proclamāvit: “Ego innocentiae P. Clodii et meae uxōris credo”. Sed simul Pompeiae divortium fecit. Amīci Caesāris dixērunt: “Nobis difficīlis intellegentia consilii tui est”. Caesar respondit: “Uxor Caesāris omni suspiciōne carēre⁹ debet”. Caesāri fama multo gravior erat quam amor muliērum.

Calpurnia tertia uxor Caesāris fuit, et ultīma. Calpurnia fidior Caesāri quam Pompeia fuit. Necem Caesāris timuērat, et mane interfectiōnis coniūgi suo dixit: “Mors tibi imminet”. Sed

⁹ Infinitivo. Tradúzase por “carecer”.

Caesar monita Calpurniae non consideravit, et certo cogitavit:
“Nimius timor peior mihi est quam mors”. Tum e domo sua
ad Forum cum amicis ambulavit: ibi expectabant participes
coniurationis.

At quaedam¹⁰ mulier venustatem maiorem quam omnium
uxorum Caesaris possidebat: Servilia, mater M. Iunii Bruti. Per
multos annos Cesar eam¹¹ amavit. Quondam Caesar Serviliae
carissimam margaritam donavit; et fortasse amicae suae dixit:
“Amor nobis aeternus erit”. Sed mors amorem Caesaris
Serviliaeque obtruncavit.

¹⁰ “Unha”

¹¹ Traducir por pronome átono: “a” / “la”.